



94

L. VII 194



210/53

27 - 56

PARENTATIONES

AD

VIRUM NOBILISS:

JACOBVM à Rindt fleisch/

& Strachwitz, in Döebfschütz,

Lehna & Heydersdorff.

Lugentem

Obitum Conjugis suæ

NOBILISSIMÆ FÆMINÆ

MECHTILDÆ à Rindt fleisch/

Ex Nobiliss: GERSDORFFIORUM

gente, &c.

quæ

Cum beatâ εὐθανασία 3 Octob: paulò ante horam 4 vesper-
tinam Anno 1636 Mundo huic immundo vale-
dixisset GORLICII.

Ultimo Exequiarum honore afficitur
in templo Lindaviensi

29 Aprilis

Anno O. R. 1637.

LITERIS GORLICENSIBUS.

MD. 9045850



DUM tua te mæstum Viduum Mechtilda relinquit;
Nil stabile esse docet quicquid hic Orbis habet.
Ergò migrat, teq; expectans meliora capeffit
Gaudia, non ullis dissolvienda modis.

Johannes Hagendorn D.



Piè Defuncta ad Superstites.

Dum miseram in terris vitam, PAUPERRIMA, duxi;
Visa fui multis, NOBILIS esse minùs,
At BENE dum NATA; & VIXI; & BENE MORTUA dicor:
DITIOR hinc multis, NOBILIORq; fui.

Christophorus Lichtnerus
Ecclesiæ Görlicensis Symmysta.



AD NOBILISS. VIRUM
Dn. JACOBUM à Kindfleisch in Döbschütz/ &c
Viduum.

Ex dicto Phil: 1.

Christus mihi vita, mori lucrum.

UT delere nigri Christus peccamina mundi
Posset, vestitus carnis honore fuit:

Arvige-

*Arvigenūmq; crucis pro crimine factus in arā
Victima, Delicium, vita beata, salus.*

*Te sine nemo potest bone Soter, vivere verè,
Imò manet stygiis præda cremanda rogis.*

*Si Te possideo, JESU, sum ditior omni
Principe: quapropter sum tuus, esto meus.*

*Hinc minimum pectus trepidat formidine mortis.
Namq; mihi fenus, claudere morte dies.*

*Quis varios numeret casus, discrimina vitæ?
Nostra, DEUS quanos, mors recreabit, erit.*

*Hic nos affligunt nostræ contagia culpæ:
Tollitur at letho res odiosa piis.*

*Defunctæ requiem placidam ergò precare Maritæ,
Atq; vide, simili quò mori are fide.*

Michaël Sanus Schön-
bergenſium Eccleſiaſtes.

ALLOQUIUM DEFUNCTÆ AD MARITUM
relictum Mœſtum, ex Reſponſo CHRISTI SAMARITANÆ
interroganti datò Johan: 14. excerptum ac piæ recordationis
& conſolationis ergò adpo-
ſitum.

Adsociata fui Conjux & Portio (a) carnis (a) Genes: 2. v. 32.
Grata, JACOBE, tuæ per tria Luſtra ferè:

A 2

Ab

Ab quot Ego MECHTILDA tuli, sic dante Supremò
FATÒ, 6) plura meis, tristia fata, pilis!

Ab quotiès sitij, crucis atq; doloris Acetum, Johan:16.v.20.
gustavi; 7) JESU ceu Paradigma docet!

Susq; ego deq; habui, immundus quæ 8) Mundus honorat,
optat, avertet, sperat, suspicit atque sitit.

Mystica, non Mundana, Sitis 9) Pietatis, 10) Amoris
me cepit Dij, 11) Legitimi atq; 12) Poli.

Heinc restincta Sitis calida est mea Fonte Salutis
CHRISTÒ, qui immisit 13) Flumina larga mihi:

Ex queis 14) Prægustum præsensit corpori inherens,
ÆTERNÆ VITAE, SPIRITUS ille meus.

Ut CHRISTUS sitiens crucis altò in stipite obiit;
Hòc 15) Explere sitim Nil vago in orbe, notans:

Sic ANIMA è Mundò sitiens 16) corpore abiit,
cervæ 17) instar, Potus Nil, nisi CHRISTUS erat.

CHRISTUS 18) egestatem pensat cunctosq; dolores;
Namq; fero votis jam potiora meis.

19) EXUL eram Te-cum 16) Gnatò; jam 20) LIBERA Limen
possideo patrium, sidereamq; Domum.

Circumdant 21) Animam, se-junctam à corpore, passim
Conjunctam CHRISTO 22) GAUDIA PURA Meam.

Mollitèr 23) Ossa cubant tumulò, cui CHARE MARITE
trades, expectat MENS Ea per brevi ovans.

Ergo

*Ergo Marite vale cum Natô, heic MYSTICA me-cum
FONS VITAE, CHRISTUS sit modò VESTRA SITIS.*

(E) Psal. 40. v. 13. (γ) Johann. 19. v. 28. (δ) I. Johann. 2. v. 16. (ε) I. Timoth. 4. v. 8.
(ς) Matth: 22. v. 37. (ζ) Ephes. 5. v. 22. Coloss. 3. v. 18. (η) Matth: 6. v. 33. Coloss. 3. v. 1. 2.
(θ) Johann: 7. v. 38. (ι) Johann: 17. v. 3. (α) Rupertus in Johannem (E) Psal: 42. v. 1.
(γ) Matth: 5. v. 12. (δ) Psal: 39. v. 13. (ε) Johan: 14. v. 2. Philip: 3. v. 20. (ς) Philip: 1. v. 23.
(ζ) Psal: 16. v. 11. Psal: 36. v. 9. (η) Psal: 3. 9. Psal: 4. v. 5.

*ab Andreâ Miculci Elstrâ-Lufatô,
p.t. Ecclesiæ Roteburgensis Pastore.*

*Quæ Gersdorffiadûm antiquo de Stemmate nata,
BucretI fuerat fida maritatori,
Occubuit: ma-vult cum Christo vivere in ævum:
Quàm priscâ in terris Nobilitate frui.
Noverat ex Sacris quòd sit respectus Olympo
Personæ nullus; sicut in orbe solet.
Ergò marite vale, dixit, filiô, valetô:
Tu quoq, Nobilitas; & decus omne Vale.*

Augustinus Ritter.

L. CÆLIUS LACTANTIUS FIRMIANUS

lib. 4. institution. Divinar. c. 28.

*Apparet, inquit, nullam aliam spem vitæ homini esse propositam,
nisi, ut abjectis vanitatibus, & errore miserabili DEUM cognoscat, & ei
serviat: nisi huic vitæ temporali renunciât, ac serudimentis Justitiæ ad
cultum veræ Relligionis instituat. Hac enim conditione gignimur, ut ge-
neranti nos DEO justa, & debita obsequia præbeamus, hunc solum nove-
rimus, hunc sequamur.*

A 3

Qualitèr

Qualitèr extincta ploravit funera SARÆ
THARIADES, meritis notus ad astra suis;
Talitèr & Costæ cineres, manesq; beatos
Prosequeris lacrymis, officiisq; piis:
Cultui enim omnigenum Virtutum dedita vixit,
Ut fuerit sexûs gloria prima sui;
Delitiis mundi amissis rata dogmata CHRISTI
Salvificas toto pectore cepit opes;
Hinc etiam adfectu puro complexa Maritum,
Nec minimâ potuit labe notare thorum;
Et sobolem Psalmos docuit resonare, precesq;
Instillans tenero Religionem animo:
Quæq; tuæ fuerat spes, delitiumq; juventa,
Spes eadem senii grata futura tui:
Ocyûs emoritur! Lachesis Tibi ferrea sortem
Invidet ab nullis non inimica bonis!
Dividiasq; Tibi satis acres Atropos infert,
Nil ut eâ in pretio depretiatus ames;
Sed quid ages? sanctè cum vixerit, illaq; sanctè
Mortua sit, Sanctum sit sociata choro;
Cessato à lacrymis, credens, Quod is omne refundet,
Nil nisi qui bonus est, nil nisi qui Bonitas.

GREGORI CERNITI Coloniens.
P.L.C. & N.P. Gymn GÖRL. COL.

An

An den hinterlassenen Wohladelichen
Herrn Witwer.

Was ist die schöne Welt/ darinn wir jzund leben?
Nichts mehr/ als stete Furcht für Feind vnd Freundes List:
Der Frommen Folterhauß: der Gottlosen genist/
Die leyder allezeit nur wollen oben schweben:

Der Tugend Hospital/ da wenig gutte Stunden/
Da die Gerechtigkeit durch Gaben wird gelähmt/
Da sich fast Niemand mehr für GOTT vnd Menschen schämt/
Vnd nichts als Meidt vnd Spot der Christen wird gefunden.

Nun diesem allen ist ewre Mechtild entgangen
Durch ihren sanfften Todt: Sie lebt ohn Krieg vnd Streit/
Fürcht keine Plünderung/ weiß nichts von Angst vnd Leidt/
Ist voll der Himmels lust/nach der Sie trug verlangen.

Sie ist nunmehr von GOTT in ein solch Gut versetzet/
Darauß Sie niemand treibet: Sie steht vor Gottes Thron/
Auff ihrem Häupte glänzt die güldne SiegesKron/
Welch vnvergänglich ist. Trotz dem/ der sie verletzet.

Darümb/ Ach Edler Herr! thut ewer Leydt einstellen/
Gönnt Ihr die süsse Ruh. Was GOTT der **HERRE** mache
Ist alles nütz vnd gut/wenn mans nur recht betracht/
Der wird Sie dort gewiß Euch wider zugesellen/

An jenem grossen Tag. Vnter deß dahin sinnet/
Daß/wenn ewr Lebensschiff/ so Müß vnd Arbeit voll/
Auff dieser Kummer-See zum Porte lenden soll/
Ihr auch die EhrenKron im GlaubensKampff gewinnet.

Michael Zeidler Mitarbeiter
des Evangelii zu Rotenburgk.



Ein Buch mit dem Titel
1711

Das Buch enthält die Geschichte
des Königs Augustus des Starken
von Polen und Großfürsten
von Moskau. Es ist in
zwei Theile eingetheilt.
Der erste Theil enthält
die Geschichte von 1701
bis 1704. Der zweite
Theil enthält die Geschichte
von 1704 bis 1709.
Das Buch ist in
zwei Sprachen
geschrieben.
Der erste Theil
ist in deutscher
Sprache geschrieben.
Der zweite Theil
ist in russischer
Sprache geschrieben.
Das Buch ist
in zwei Bänden
abgedruckt.
Der erste Band
enthält die
Geschichte von
1701 bis 1704.
Der zweite Band
enthält die
Geschichte von
1704 bis 1709.
Das Buch ist
in zwei Sprachen
geschrieben.
Der erste Theil
ist in deutscher
Sprache geschrieben.
Der zweite Theil
ist in russischer
Sprache geschrieben.
Das Buch ist
in zwei Bänden
abgedruckt.
Der erste Band
enthält die
Geschichte von
1701 bis 1704.
Der zweite Band
enthält die
Geschichte von
1704 bis 1709.

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006923 3